

52.

PROGRAMMA
QVO
PRÆLECTIONVM RATIONEM
INDICAT
PAVCISQVE SIMVL IN ANTECESSVM
DEMONSTRAT
**SOLEM NON ESSE
IGNEM,**

HIERONYMVS LVDOLF,
PHIL. ET MED. DOCTOR,
FACVLT. PHIL. IN ALMA ET PERANTIQVA GERANA
ASSESS. EXTR. ET PROF. PVBL.

ERFORDIÆ,
LITTERIS JOH. CHRISTOPH. HERINGII,
ACAD. TYPOGR.



DE quo PHILIPPVS MELANCHTHON jam olim conquestus est, dicens: REFORMATORES HABVI MVLTOS; ADJVTORES PAVCOS; id jure meritoque Philosophorum Princeps, ARISTOTELES, recentioribus Philosophis atque Physicis hodie dum objiceret. Corruptus enim idem multos inter eruditos et iam invaluit mos, ut multi horum, exemplo vulgi, aliorum ex damno lucrum & aliorum ex morte vitam sperantis, gloriam non nisi in contemnendis aliis, præcipue veteribus, de re litteraria sufficienter jam jam meritis, quærant. Optime hinc operam in detegendis aliorum erroribus se impendisse existimant, & quamprimum contra Auctoris cuiusvis asserta vel tantillum veritati similis afferre videntur, illum statim erroris arguunt, ejusque fundamenta destruunt, & de novo Systemate condendo

do cogitant, quo vix publicato, subsequitur & alter hu-
jus reformator, noviorisque Systematis exstructor. Lon-
ge utiliorem & gloriosem vero susciperent laborem
qui fundamenta, summa cum studio a veteribus posita
nondum vero demonstrata, clarus exponere; minu-
perspicua illustrare; nimis concinna explanare annite-
rentur. Honorem præcipue primis disciplinæ cuiusvi-
conditoribus habendum, ipsa æquitas, virtusque huma-
nitatis exigit. Stupendis enim hi, in separanda luce &
tenebris, laboribus jam defatigati, multa nobis relique
re non demonstrata, ut quoque supersit posteris, in que
vires ingenii exercere queant. Minime itaque eorum
asserta, summa nisi urgeat necessitas, refutanda, sed po-
tius defendenda sunt. Quare ab hoc tramite recto lon-
ge mihi aberrasse videtur *P. Christophorus SCHEINE*
RVS, qui Ingolstadii mense Majo anni 1611 uno vi
oculo Astra Borbonia observans, altero mox oculi
summi ARISTOTELIS de Sole assertum ceu falsum
aspicit. Sapientum iste Magister, rationibus non con-
temnendis motus, negavit, Solem esse igneum, dui-
dicit Lib. II. de Cœlo Cap. 7. Nobis tamen, quod astr.
inferiora hæc calefiant, persuadere non debet, igneam il-
esse substantiam. Caloris enim illius non ignis, sed mi-
tionis celeritas causa est. Item, Lux & calor generat
ab his, attrito aëre ab horum latione. Veritas hujus si-
ficienti ratione munitæ sententiæ SCHEINERO videt
destr

destructa per macularum in Sole existentiam. Me-
tuens hinc Aristotelicorum iram, honore primi macula-
rum harum observatoris carere maluit, ideoque suo sub
nomine observationes has publico primus tradere mi-
nime ausus est. *Vid wOLFFII Anf. Gr. der Astronomie*
§. 249. Cum tamen nil minus ex observatis in Sole
naculis sequatur, quam sequens conclusio : *Solem esse*
gnem. Eadem enim a maculis Solis ad ejusdem igneum
ubstantiam est consequentia, ac a baculo in angulo
tante ad futuram pluviam. Et mirandum sane, cele-
perimos ac ingeniosissimos Physicos & Mathematicos
adem legisse vestigia e. g. *GALILÆVM*, in *Tr. de mac-*
olar. Item *STVRMIVM* in *Phys. Concil. P. spec. Sect.*
ost. C. 2. §. 3. Potius vero eadem maculae confir-
mant Philosophorum Primicerii sententiam, *SOLEM*
ON ESSE IGNEM; siquidem, recte concludendo,
il aliud ex apparitione harum macularum sequi po-
st, quam 1) quod ex Sole vapores ascendant, *wOLFF.*
c. §. 242. 2) quod sint nubes Solis, 3) quod Sol
abeat atmosphærā, in qua nubes ascendere possunt,
id. §. 243. & 4) ex præcipitatione harum nubium ad
Solem sequitur, *Solem esse corpus heterogeneum, va-*
sque mutationibus obnoxium, ibid. §. 245. 5) quod
Sol circa axin moveatur, *ibid. §. 246.* Consideret quæ-
nunc quis Terram nostram, & certe easdem in ea, ac
Sole, reperiet circumstantias, nempe 1) ex Terra ascen-
dunt

dunt vapores, 2) qui vocantur *nubes*, atque ratione durationis idem fere observant tempus, ac Solis nubes, nempe per 1. 2. 3. 10. 15. 20. 30. 40. dies durant. 3) Terram circumdat atmosphæra; 4) nubes præcipitantur ad Terram, & Terra est corpus heterogeneum multisque variationibus obnoxium; 5) movetur Terra circa axin. Eadem ergo in Terra inveniuntur macularum phænomena, & tamen, experientia teste, Terra nostra non est ignis, hinc nullo modo ex Solis maculis sequi potest, quod Sol sit ignis, immo, quia maculæ Solis tantam Solis cum Terra exhibent analogiam, meliori jure ulterius concludere licebit, SOLEM QVOQVE NON ESSE IGNEM. Salva ergo stat adhuc thesis nostri universæ naturæ Magistri, contra objectiones a maculis desumptas. Nec video, quid juvare nos possit Solis ignea natura, ad caloris, quem Sol in Terra nostra producit, explicationem, cum a vehementissimo igne, nil nisi effectum luminis, minime vero caloris, sentiamus in longiori distantia. Ergo Sol, si etiam igneæ naturæ esse credatur, lumen quidem nobis dare potest, calorem autem quod attinet, dicta BVRGERSDICII in Colleg. Phys. Diff. XI. §. 4. in f. merito hic erunt applicanda: Quomodo, ait, lux illuminando calorem gignat, nescio an explicari possit: me sane modus iste latet. Alias igitur in causas hujus caloris inquirendum esse, quilibet concedet, ad quas eruendas satis superque sufficient data ex

Physica atque Mathesi deprompta. Cum autem angustior hæc pagina non ferat ulteriorem argumentorum deductionem, id fiet in Dissertatione peculiari, eruditorum disquisitioni proxime subjicienda, qua demonstrare conabor, SOLEM NON ESSE IGNEM. Minime sane eo me impellit turpis quidam aliis contradicendi pruritus, sed quia multorum phænomenorum sufficiens inde dari potest ratio, e. g. cur planetæ viciiores celerius moveantur remotioribus, & minores sint, tantaque inter eos existat distantia; quod Luna nativam possideat lucem, sed debilem, in ecclipsi totali & novilunio; cur Sol circa axin moveatur, idque spatio 27. dierum, & insigni gaudeat magnitudine. Dein ab anxia pabuli ignis hujus cura nos liberat. Porro, quod fons hic luminis non sit locus principis tenebrarum & damnatorum, sed potius probat, quod Sol sit corpus terræ nostræ simile, adeoque inhabitari possit a creaturis, ignis destructioni pariter obnoxiiis. Tandem exinde patet, Terram nostram, pro virium suarum modulo, in corpore Solari itidem luminis & caloris producere effectum, adeoque Terram nostram mutua & debita Soli persolvere officia. Hæcce Proœmii loco Dissertationi dictæ præmittere volui, cum sub auspiciis Eminentissimi ac Celsissimi Principis ac Domini, Domini PHILIPPI CAROLI, S. Sed. Mog. Archiepiscopi, S. R. I. per Germaniam Archicancellarii, Principis Electoris,



ris, Domini mei longe clementissimi; Pro-Principe,
Reverendissimo ac Illustrissimo Domino, Domino AN-
SELMO FRANCISCO ERNESTO L. B. DE
WARSBERG, Eccles. Metrop. & Cathed. Mogunti-
nensis, Trevirensis & Spirensis Præposito, Chori Episco-
po, Eminentissimi & Celsissimi Principis Electoris Mo-
guntini Consiliario intimo, Domino meo perquam gratio-
so; Sceptra Academica tenente, Reverendissimo atque
Amplissimo Domino, Domino JOANNE DANIE-
LE RICHARDO SPOENLA, Eccles. Colleg. ad
S. Sever. Canon. Capitul. & Scholast. S. S. Theol. Do-
ctore, Sacrae Facultatis & Judicij Ecclesiastici Assessore,
ejusdemque Facult. Prof. Publ. ord. longe meritissimo,
Amplissima Facultas Philosophica, prævia, Celeberrimo-
rum Dominorum Corporis Majoristici Assessorum &
Professorum ordinariorum, præsentatione benignissima,
me tanquam Facultatis Philosophicæ Assessorem Extra-
ordinarium & Professorem Publicum recepit, atque
collata hac dignitate excitavit, ut, pro viribus a Deo
concessis, Nobilissimæ Juventuti Studiosæ qualicunque
mea inservirem opera. Cum itaque mathematicæ præ-
primis mihi incumbant exponendæ veritates, qui pos-
sum melius has explere partes, quam si ipsum corpus hu-
manum secundum hujus disciplinæ normam sapientissi-
me estructum esse monstrem. Hos autem labores eo
lubentius suscipiendo esse putavi, quo certius persuasum
mihi



mihi habeo, eos omni eruditionis generi deditis gra-
tos acceptosque fore, præcipue si iisdem insimul verita-
tes physicæ jungentur. S. S. Theologiae enim & Le-
gum Cultores multum juvat, se ipsos intimius nosce-
re, quo, quid ipsis conducat noceatque, sciant. Medi-
cinæ vero Studiosos demonstrationis actionum corpo-
ris humani sani mathematicæ & physicæ procul dubio
haud pœnitibit, si videbunt, dulcem Mathesin & Physi-
cam famulari studio medico. Volente itaque & assi-
stente Summo Numine diebus Martis & Jovis hor. III.
pom. *Structuram Corporis humani mathematicam æque*
ac physicam publice explicabo, ad quas Lectiones die
29. Novembr. inchoandas, Nobilissimos atque hono-
ratissimos Dn. Auditores ea qua par est humanitate ad
ædes meas invito. Privatim hor. XI. *Physicam theore-
tico-experimentalem*, præeunte Celeb. HAMBERGERO,
continuabo. Nec iis deero, qui meam operam in ex-
plicandis Matheseos partibus desiderant. P. P. Dom.
XXII. p. Trinit. M DCC XL.



00 A 6274

ULB Halle

3

002 913 380



56

✓D18

Reha

gut, das ein jeder seinem nach Belieben gesammelter-Vorrath um ein leidliches bey gedachten Buchekommen, und sich nicht selbst erst bemühen darf. Hoch Edgb. selbst ein, dass sich viele Schvvürinden, unter welchen ich nur die vornehmste be-Pflanzten sich abdrucken ließen, sondern gar viele bey uns alles mögliche, und hat sich noch zur Zeit finden, die nach meiner Art sich nicht abdrucken primiret. Die meisten, welche Ew. Hoch-Edgb. nicht abzudrucken waren, liegen curieusen Lieben, und wvird ein jeder besondere Zeichnungen finden, welche auch beykommende Ew. Hoch-Edgb. gütige censur erwarten. An welcher Pflanze in anderer Gelehrter zvweifeln, dass den Ali



PROGRAMMA INAVGVRALE DE VENTORVM CAVSIS,

QVO
AD AVDIENDAS
PRAELECTIONES PHILOSOPHICAS
PVBLICAS ATQVE PRIVATAS

PROXIMO SEMESTRI HABENDAS
NOBILISSIMOS ATQVE HONORATISSIMOS
DOMINOS COMMILITONES

INVITAT
WILHELM GOTTLIEB HESSE
PHILOS. ET MED. DOCTOR
FACVLT. PHILOS. IN PERANTIQVA GERANA ADSESSOR
EXTR. ET PROF. PVBL.

ERFORDIAE,
LITTERIS JOH. CHRISTOPH. HERINGII,
ACAD. TYROGR.

